

—DIA 31 DE OCTUBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Justissimus Joseph eximie te amore naturali acquisito, et supernaturali post Virginem Matrem tuam dilexit.—*Pet. M.*—Joseph post Christum et Virginem in coelo supremum habet locum.—*Pet. M.*—Cum eodem Christo coelos ascendente ipse Joseph pariter corpore et anima coelos ascendit, et prope ipsum Christum Dominum, post Virginem Deiparam in sublimi gloriae throno fuit collocatus.—*Pet. M.*—Dubitandum non est quod Christus familiaritatem, reverentiam, atque sublimissimam dignitatem, quam sibi exhibuit, tamquam filius Patri suo, in coelis utique non negavit, quin potius complevit et consummavit; et in ei dicendo intra in gaudio Domini tui velut abyssus infinita summergens.—*S. Bern.*—Pie quidem credendum est, quod piissimus filius Dei Jesus pari privilegio decoravit suum putativum patrem sicut Sanctissimam Matrem.—*S. Bern.*—Sicut Mariam assumpsit in coelum in corpore et anima gloriosam; sic etiam in die resurrectionis suae Sanctissimum Joseph in gloria resurrectionis secum.—*S. Bern.*—Sicut illa sancta familia Christus, Virgo et Joseph in laboriosa vita et amorosa gratia simul vixerunt in terris; sic in amorosa gloria nunc et corpore et anima regnet in coelis.—*S. Bern.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Joseph coadjuvabat in necessitatibus Jesum et Mariam.\*Laborans manibus suis in officio fabri

ut sicut Missionarii Josephini magnum implemus munus propter Insitutum nobis impositum, et inter nos vigeat affectus in devotio erga D. S. Josephum, et obtinebimus gratias efficaciores ad nostrae animae sanctificationem, a virginali Patre Jesu et dignissimo Mariæ Sponso, praecipue si veneramus eum, tamquam conceptus absque peccato a primo instante suae conceptionis.

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinae lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis, esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R Deo gratias.

R Utrum Joseph ab originale macula praeservatus fuerit.\*Ipse Deus novit. ¶ Sed nos concludere possumus Josephum fuisse immaculatum a primo instanti sui esse. Ipse...

LECTIO III.

*Maria suum Sponsum Joseph summe dilexit.*

Judicamus rationaliter, perfectionem alicujus sancti; sed repugnat, malle et apretiare magis quod est minus sanctum et perfectum; quoniam inhaerens est magis perfectioni, apretium cujus est accedentis magis ad Deum, fons et principium totius sanctitatis et perfectionis. Per consequens Virgo Maria creatura perfectiora post Christum nullum maluit neque existimavit magis quam D. S. Josephum. Concludere possumus ex hinc, quod hunc amorem existentem in Maria erga Dominum S. Josephum nobis manifestare singularem perfectionem nostri Sancti supra omnes coeteros mortales merentes minorem amorem

et Mariae existimationem. Et quod magis est, illum invenire nobis probat, perfecte similem sibimetipsae, et absque peccato, absque imperfectione, perfectum omnino, omne sanctitate Jesus Patris. et propterea illum invenire semper absque macula originalis peccati. Ob hanc causam D. S. Joseph fuit singulariter praedilectus Mariae Matris Jesus et nostrae familiae Josephinae.

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinae lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R. Deo gratias.

R. Innumerabilia dona Deus communicabat tum Virgini tum Josepho.\*Ergo habuit noster divinus Joseph praeservationem peccati originalis. ¶ Sed Maria majorem habuit plenitudinem gratiae. Ergo habuit....

—DIA 2 DE NOVIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Joseph collocatus est in coelo a dextris Jesu, hoc est in potioribus bonis suis.—*Barrad*.—Ex quibus patet, quod nullus sanctus in coelis est major Sancto Josepho post beatam Virginem benedictam.—*Bust*.—Existimatur Sanctus Joseph quasi tertium locum in abundantia gratiae obtinuisse.—*Suar*.—Post B. Virginem B. Joseph pro omnibus aliis Christo Domino appropinquavit, eique fuit conjunctissimus: ideoque in coelesti beatitudine, Virgo Sanctissima

## MES DE NOVIEMBRE.

—DIA 1°—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Mihi verba suppeterent ad explicandum tam altum et absconditum saeculis mysterium, tam admirandam, venerandamque Trinitatem Jesu, Joseph et Mariae, velle mihi quidem adjacet, sed posse non invenio, ac in ipso conotu deficio.—*Ger*.—Joseph qui fuit caput Mariae, habemus auctoritatem in eam.—*Ger*.—Quantus aestimandus est justus ipse Joseph nunc et in coelis, qui talis et tantus inventus est hic in miseria et in terris.—*Ger*.—Profecto non mensiebat Jesus qui ait: ubi ego sum, illic et minister meus erit, illi proximior videtur collocandus in coelis, qui in ministerio fuit vicinior, obsequentior, atque fidelior post Mariam inventus in terris.—*Ger*.—Qui recipit Deum in nomini Dei ut noster Joseph, æquum est ut mercedem Dei accipiat; et quamvis colendus ut Deus non sit; ut Pater tamen Dei collocatur.—*Osor*.—Qui Deum factum hominem in terra sæpius portavit, Deum speciali quadam ratione in coelesti regno possideat.—*Osor*.—Jesus, Maria et Joseph qui conjunctissimi fuerunt in terra, qua ratione in coelorum loco separandi?—*Osor*.—Nec decet dulcissimum Sponsum suum procul a se positum Mariam videre, dulcissimum et fidelissimum Patrem procul a se positum conspiscere Christum.—*Osor*.—Convenit ma-